



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XXVII. De Sabaudiae Ducatu, & Pedemo[n]tij Principatu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

Pontificis Romani est Comitatus Auenionensis: cuius metropolis Auenio, per LXX. annos Pótificibus Romanis in Gallia agentibus sedem præbuit.

Sunt in hoc Comitatu quattuor dioeceses, vnus nimirum Archiepiscopatus, & tres Episcopatus eidem suffragantes,

Carpentoraënsis,	<i>Carpentras.</i>
Cabalionensis.	<i>Cabaillon.</i>
Vasionensis,	<i>Vaison.</i>

CAPVT XXVII.

DE SABAVDIAE DVCATV, ET
Pedemontij Principatu.

Sabaudia, varios olim Dominos Principesque nacta, hoc tempore imperium agnoscit Ducum, qui & Principes Pedemontani existunt. Primus ex Comite Dux Sabaudiaë anno 1416. à Sigismundo Imp. creatus fuit Amadeus VIII. qui postea felix V. Antipapa à Concilio Basileensi salutatus, relicto demum Antipapatu, Ripariaë anno 1452. ad lacum Lemanium obiit.

Est in Sabaudia Archiepisc. *Tarentasiensis*, in Musterio vrbe residens, cui suffragantur Episcopi, *Augustanus* & *Sedunensis*, apud *Rhætos*.

Pede-

Pedemontani Principatus metropolis est *Taurinum*, Sabaudix Ducum sedes, Academia, & Archiepiscopus, cui suffraganei sunt Episcopus, *Epoediensis*, *Montis Regalis*, & *Fossanensis*. Ad eandem prouinciam spectat Episcopus *Salutiensis*, exemptus à iurisdictione Archiepiscopali, vulgò *Saluzze*: qui Marchionatus olim Regis Gallix, nunc Ducis est Sabaudix.

Præter Episcopos iam commemoratos, resident item in ditone Ducis Sabaudix, *Maurianensis*, *Geneuensis*, *Nicæensis*, *Vercellensis* & *Astensis* Episcopi.

Ceterum Dux Sabaudix duobus Ordinibus militaribus præest, nimirum *Virginis Annunciate*, & *SS. Mauritij & Lazari*: de quibus vide *Origines nostras Equestres*. Tutelaris Sabaudix patronus habetur *S. Mauritius*, de quo infra, cap. 37.

CAPVT XXVIII.

DE LOTHARINGIAE DV-
catu.

Lotharingix (quæ olim Regni, nunc Ducatus titulo gaudet) metropolis est *Nanceium*, duplex opidum, Ducum ac Senatus sedes. Dignitate sequitur *Musipons*, opidum Academia celebre, quam Patres So-